Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nus eum: et uirtus eius non est in nobis S. Luci.
Vt. Accedentes discipuli ad iesum: dixe
runt illi Dimitte turbas: ut euntes in castella
villasq; que circa sunt diuertant et inueniant
escas: quia hic in loco deserto sumus Ait aut
ad illos Vos date illis manducare Et illi dixe
runt Non sunt nobis plusqm quinq; panes et
duo pisces: nisi forte nos eamus et emamus
in omnem hanc turbam escas Erant aut ui
ri fere quinq; milia Ait aut ad discipulos suos:
Fiate illos discumbere p quinqua quinquagenos
Et ita fecerunt: et discumbere fecerunt omnes
Acceptis aut quinq; panibus: et duobus pisci
bus: respexit in celum et benedixit illis: et fre
git et distribuit discipulis suis ut ponerent
ante turbas Et manducauerunt omnes et
saturati sunt: Feria sexta Ad c. b. p. a. ad Romos
Fres Arbitramur enim iustificari homi
nem fide sine operibus legis An iudeorum
deus tantum Nonne et gentium Imo et gentium
quidem unus deus qui iustificat circum
cisionem ex fide: et preputium per fidem Legem
ergo destruimus per fidem Absit Sed legem
statuimus Quid ergo dicemus inuenisse abra
ham patrem nrm secundum carnem Si enim
abraham ex operibus iustificatus est: habet
gloriam: sed non apud deum Quid enim
scriptura dicit Credidit abraham deo
et reputatum est illi ad iustitiam Ei aut qui
operatur merces non imputatur secundum gratiam
sed secundum debitum Ei uero qui non operatur ce